

fiant, præsertim ab iis: qui primi merces emendo anticipant, quiq; à mercatoribus mercantur, quod statim vendunt.

LII. Alter tribuatur locus iis; qui victum in civitate procurant, uti sunt 1. pistores, lanij, coqui, vilissima antiquis mancipia; cum Spartani nil præter salem & acetum pro obsoniorum condimento darent, quòd cætera ab ipsis cibis atq; labore petenda esse dicerent. victusq; &

LVII. 2. Agricolaë, genus hominum Reipublicæ fructuosum & industrium, qui Platoni imprimis necessary existimantur; quod studium multi Principes & Heroës armis & Reipublicæ relictis excoluerunt, exemplo Cyri, Diocletiani, Attali, Scipionis: cum agriculturâ nihil sit melius, nil uberius, nil dulcius, nil libero homine dignius.

LIV. 3. Venatores, cum venandi studium tum utilitatem, tum jucunditatem pariat insignem: piscatores, quod studium Clericis etiam concessum, quamvis venatio iisdem sit interdicta.

LV. Tertio censeantur loco, qui amictui prospiciunt, uti sunt sartores, quibus similes sunt plumarij, olim ex plumis avium vestimenta conficientes, textores, pannifices, pelliones, sutores &c. Amictus curatores,

LVI. Quartum locum obtineant, qui medicinam, valetudinem & exercitia corporis sibi habent commendata, quòd pertinent Pharmacopæi, Chirurghi, obstetrices, Athletæ &c. sanitati inservientes,

LVII. Quintus debetur locus iis, qui circa ædificia occupati sunt, uti sunt, structores, lignisculptores, fullones, tignarij, scandularij & pictores. ædium structores,

LIX. Postremum sibi ex decreto Politici vendicent locum ij, qui destinati sunt ad executionem sententiæ in capitalibus causis late, uti sunt apparitores, lictores, carnifices, quorum ministerium in Republica necessarium; cum aliàs honestioribus munus istud esset obeundum. iudiciorum executores.